UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Archi-||dioeceseos || Colonien-||sis Descriptio || Historica

Henriquez a Strevesdorff, Martinus

Coloniæ Agrippinæ, 1652

Martini Henriqvez à Strevesdorff Gratiarum Actio Ad SS. Salvatorem Mundi

urn:nbn:de:hbz:466:1-12065

Visual Library

MARTINI HENRIQUEZ
à Strevesdorff

Gratiarum Actio
Ad
SS. SALVATOREM MUNDI:

In Parochiali Eccleſia
Nivenheim:
Archidiœceſis Colonienſis Pago
Glorioſum, miraculoſum,
Sibi
Hæreditario in Dielrath,
Quondam
Sac. Cæſar. Ma.tis *Capitaneo & Commendanti in Schonburg:*
Corde & hæreditate
VICINUM:
Pro corporis & animæ cuſtodia, in tam turbulento ſtatu S. Rom. Imperii, Patriæque.

Ab anno 1642. uſque 1652.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SAlvator Mundi, Cœli moderater IESV,
Vna ſalus lapſis, ſontibus una ſalus.
Quid tribuam tibi pro donis? qua tu tribuiſti?
Multa mihi famulo crimine compoſito?
Iob famulo teſtante tuo, terráque marique
Vita hominis bellum eſt, & ſine ſine manet:
Hinc tu, iuſte Deus ſi vis peccata flagellis
Punire, inducis bella parata tuis.
Nunc tua dum ceſſat manus, Exorate, miniſtros
Percutiens, virtus ſit tibi laus & honos.
Dextera contrivit robur, tua gloria vires
Hoſtiles, patriæ florida gaudet humus.
Quas grates referam? per tot diſcrimina & arma
Quod me ſalvaſti de bonitate tua?
Tu mihi millenis iuvenili ætate periclis
Expoſito præſens Numine Tutor eras.
Sæpè intentatum repuliſti fortiter ictum
Dum bina ardebam Palladis arma ſequi.
Numen eras, dum præſidium, milesque rebellis
Suprà Ehrenbreitſtein tam furioſus erat.
Dexter eras, dum Bos currebat cornibus in me,
Nec ſubterfugium, quam meus Enſis erat.
Fauſtus eras dum pulverius volitabat in altum
Turris, nec denis paſſibus huic aberam.
Dumque in conſpectu hoſtili ſuccurſus ad arcem
Schonburg percurri, Tu mihi dexter eras.
Dumq; ego Commendans Gallorum cinctus ab armis,
Per ſex hebdomadas, Tu mihi vera ſalus.

Dum-

Dumq; ad Breidenbent haſtâ detruſus ab hoſte
In primo aſſultu, Tu mihi Tutor eras.
Dum propè Grevenbroch mater per corpora quærit
Mortua me læſum, Tu mihi vita nova.
Dum Zons, dumque Paderbornum ſalvantur ab hoſte
Hoxterio capto, Tu mihi dextra manus.
Vis mea fortis eras, urbs Legia quando ſubacta,
Atque ſuburbanis flammigerator eram.
Senſi, Salvator, per tot certamina, bella,
Per denos annos Numen ubique tuum:
Sic mea per varias vita eſt exercita curas,
Armaque pro patriâ ſanguinolenta tuli:
Arma cruenta tuli, bellum ſectatus, ut indè
Cæſaris atque Dei multiplicetur honos.
Iam verò, quid multa cano, veſtigia Patrum
Tritatero, Heſperio qui ſubière ſolo.
Iam verò, Vbiacus Generalis dumque Receptor,
Et mea Conſiliis dum toga nigra quadrat.
Hinc affigo tibi Mundi Salvator in arrham
Obſequii, binum Martis & Artis opus.
Qui mihi Dielradii corde es vicinus, & ipſe
Qui Nivenhemii Salvificator ades,
Protege Protector ſalvà, Salvator IESV,
Protege me famulum, protege plaſma tuum:
Meque fac hæredem patriæ cœleſtis, ut inter
Angelicas mentes, Te ſine fine fruar:
Amen.

FINIS.

Ceſſat opus per Eum, qui mihi ceſſit
'A opem 'Ω